

mento aut pene eorum recte alterius ad al-  
tern. **Q**uod quodque duobus alis velabat  
corpus suum. et alterum similiter velabat  
Et audiebatur sonus alarum quasi sonus aquarum  
multarum: quasi sonus sublimis dei. **C**um  
ambularent: quasi sonus erat multitudinis  
ut sonus castrorum. **C**umque starent: demit-  
tebant penne eorum. **N**am cum fieret vox su-  
per firmamentum quod erat super caput eorum  
stabant et submittebant alas suas. **E**t  
super firmamentum quod erat imminens ca-  
piti eorum: quasi aspectus lapidis saphy-  
ri. similitudo throni. et super similitudinem  
throni similitudo quasi aspectus homi-  
nis desuper. **E**t vidi quasi speciem electri: ve-  
lut aspectum ignis intrinsecus per circuitum  
eius. a lumbis eius et desuper. et a  
lumbis eius usque deorsum vidi quasi spe-  
ciem ignis splendens in circuitu velut  
aspectum arcus cum fuerit in nubem die plu-  
vie. **D**ixerat aspectus splendoris per gy-  
rum.

**II**  
**N**unc visio similitudinis glorie do-  
mini. **E**t vidi et cecidi in facie  
mea. et audivi vocem loquentis  
Et dixit ad me. **F**ili hominis sta super pedes  
tuos. et loquar tecum. **E**t ingressus est in  
me spiritus postquam locutus est mihi. et sta-  
vit me supra pedes meos. **E**t audivi lo-  
quentem ad me et dicentem. **F**ili hominis: mit-  
te ego te ad filios israel: ad gentes apo-  
starrices que recesserunt a me. **P**atres  
eorum pervertunt pactum meum usque ad  
diem hanc. et filii dura facie et indoma-  
bili corde sunt ad quos ego mitto te. **E**t  
dices ad eos. **D**ecedit dominus deus: si forte  
te vel ipsi audiant. et si forte quiescant:  
quoniam domus exasperans est. et scient quod pro-  
pheta fuerit in medio eorum. **T**u ergo fili  
hominis ne timeas eos neque sermones eorum  
metuas: quoniam increduli et subvertentes sunt  
tecum. et cum scorpionibus habitas. **V**er-  
ba eorum ne timeas. et vultus eorum ne for-  
mides: quia domus exasperans est. **L**o-  
queris ergo verba ad eos si forte audiant et

quiescant: quoniam irritatores sunt. **T**u autem fili  
hominis audi quecumque loquor ad te. et non  
li esse exasperans sicut domus exasperans est  
Ipsi os tui et comede quecumque ego do-  
tibi. **E**t vidi. et ecce manus missa ad me  
in qua erat involutus liber: et expandit  
illum coram me qui erat scriptus intus et  
foris. et scripte erant in eo lamentationes  
et carmen. et ve.

**III**  
**E**t dixit ad me. **F**ili hominis quod-  
cumque iuveris. comede. **C**ome-  
de volumen istud. et vadenis lo-  
quere ad filios israel. **E**t aperui os meum  
et abavit me volumine illo. **E**t dixit  
ad me. **F**ili hominis venter tuus comede-  
ret. et viscera tua conplebuntur volumine  
isto quod ego do tibi. **E**t comedi illud.  
et factum est in ore meo sicut mel dulce.  
**E**t dixit ad me. **F**ili hominis vade ad domum  
israel. et loqueris verba mea ad eos.  
**N**on enim ad populum profundi sermonis et  
ignote lingue tu miteris ad domum istam:  
neque ad populos multos profundi sermonis  
et ignote lingue: quorum non possis au-  
dire sermones. **E**t si ad illos mitereris  
ipsi audirent te. **D**omus autem israel non  
lunt audire te: quia nolunt audire me.  
**D**is quippe domus israel attrita fron-  
te est. et duro corde. **E**cce dedi faciem tuam  
valentiozem faciebus eorum: et frontem  
tuam duriozem frontibus eorum: ut ad-  
amantem et ut silicem dedi faciem tuam.  
**N**e timeas eos neque metuas a facie eorum:  
quia domus exasperans est. **E**t dixit  
ad me. **F**ili hominis. omnes sermones meos  
quos ego loquor ad te. assume in cor-  
de tuo et auribus tuis audi et vade i-  
tere ad transmigrationem ad filios populi  
mei. et loqueris ad eos et dices eis.  
**D**ecedit dominus deus: si forte audiant et quies-  
cant. **E**t assumpsit me spiritus. et audivi post  
me vocem comotiois magne: benedicta glo-  
ria domini de loco suo. et voce alarum aialium per-  
cutientium alteram ad alteram. et voce rotarum  
sequentium aialia. et voce comotiois magne